

dos con la fe y unidos á ellos, adoremos á Jesus en el establo de Belen: abrasados en el fuego de su amor santifiquemos la presente solemnidad con fervorosas oraciones, con santos pensamientos y con buenas obras. ¡Oh misterio incomprensible! el Omnipotente nos visita en la debilidad de un niño, el Verbo Eterno en la pequeñez de un tierno cuerpecito, y el Criador en nuestra carne alojada entre las ruinas de un portal. Aprovechémonos de las palabras que á favor de la Iglesia han pronunciado aquellos sus divinos labios, lirios hermosos y rojos, que destilan la mira mas pura desde el pesebre, como nos lo representa la Esposa de los Cantares. Imitemos su humildad, y nos exaltará; su pobreza, y nos enriquecerá; su paciencia, y nos consolará; su mortificacion, y nos salvará. Recibid, ¡oh dulce Cordero! nuestro profundo respeto, nuestro sincero arrepentimiento, y la humilde ofrenda de nuestra alma y de nuestro cuerpo. Reine en nuestros corazones, no aquella paz falsa que da el mundo, sino la paz sólida que Vos nos mercisteis, para celebrar eternamente vuestra gloria.

Así SEA.

BIBLIOTECA C

## ORATIO FUNEBRIS

### IN MEMORIAM

ILLUSTRISSIMI, AC REVERENDISSIMI DOMINI DOCTORIS DOMINI ANGELI  
MARIANI MORALES DIGNISSIMI EPISCOPI ANTEQUERENSIS.

Quem multis non retro diebus Praesulem eximum vidistis, (Illustrissimum, ac Venerabile Capitulum, Auditores Ornatisimi) nonne mortuum, tumulatum hodie funebri apparatu, tristique silentio desletis? ¡Heu praesidium, dulceque decus nostrum! ¡Au-  
ovium nunquam satis deplorandam sortem! Antequerensis Ecclesia tot annis moerens tum absentiac,  
tumque viduitatis causa Pastoris, vix uno suo se so-  
labatur sponso, dum quasi in ipso nuptiarum gaudio  
immatura morte é manibus suffertur Illustrissimus  
Dominus Doctor Dominus Angelus Marianus Mo-  
rales. ¡Oh praeposteram gratulationem! ¡Oh lubrica  
inaniaque desideria nostra! Jure igitur, praesentis so-  
lemnitatis, atque luctus significationem in hujus  
praestantissimi viri memoriam grato quo fuit animo,  
consecrastis.

Cum vero plus doloris ex ejus amissione sentiatur, cuius excellentia magis perspicitur, non modo homines amare flere; verum etiam hujus aedis sacrae tecta, parietes, et altaria quodammodo mihi ingemiscere videntur. Siquidem, omnia squalent, omnia stupent, omnia pavent. Attamen si miseri aliqua consolatione lenire moestitiam possumus, nihilominus spe fiet, Remuneratorem Deum Optimum Maximum ob tan chari capitis praeclera gesta, egregiasque virtutes in melioram vitam revocasse. Quocirca, i quid nunc superest, nisi ut in mortui laudibus efferamus? "Ante mortem nulla est perfecta laudatio, ait Divus Ambrosius, neque quisquam in hac vita potest definito praeconio praedicari, cum posteriora ejus incerta sint."

Utinam ergo tam copiosi, ac multiplicis argumenti partes pertractandi in me vis inesset! At fateor, tum ob imbecillitatem ingenii, tum ob unius semihorae curriculum humeris meis impar esse onus, quod oblatum non recusavi. Abs dubio, Episcopi nostri praestantiam nec exaequare dicendo, nec assequi cogitando possum. Unde non tam elegantis ornatu, quam obsequenti erga vos voluntate, vitae ipsius praecipua capita attingam. Ut autem ex uno singula profluant, res sic se habet: *Angelus nomine, Angelus moribus obit virtute praeditus.*

Nihil suavius, nihil amabilius vel ad instituendae vitae rationem pertinet, vel ad recte agendum homini largitur sicuti virtus non usui Ethnicorum congrua, sed ope supernaturali fulta. Porro, i quantam oportet bene esse viventium gloriam, cum ipse Dominus magna eis bona per Isaiam promiserit! "Ad ubera portabimini, scripsit Vates, et super genua blandien-

tur vobis. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, et in Jerusalem consolabimini. Videbitis, et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinabunt: et cognosetur manus Domini servis ejus, et indignabitur inimicis suis." Divina autem hujusmodi veritate percepta, Paulique Doctoris Gentium vestigium proterens, Princeps ille, ac communis nostrum Parens justum se praecepit, continentem, verum, simplicem, pacis amantem, omnisque virtutis studiosum. Ac ne prope infinitam nostrae orationis materiam me consecrari videatur, modice rem ipsum aggrediamur.

Si quid laudis à patria alicujus ducere licet, natus est in oppido Zamoreni Vallisoletanac, vel Moreliensis Dioecesis cunabulorum plurium doctrina fulgentium, rectaque vita perillustrium hominum. At honos gentis minimè lucem, dignitatemque attulisset, nisi per morum perfectionem, ac sapientiam nomen suis etiam ipse reliquisset. Quid, quod ea ortum totius corporis pulchritudine, magnum se visum iri facile quis auguraretur? "Naturam ipsam dixit Ennemius, magnis mentibus domicilia magna metari, et ex vultu hominis, decorque membrorum colligi posse, quantus coelestis Spiritus intrarit habitator."

Jam vero ita puerulus litterarum studium illico adamavit, ut nunquam à proposito desitterit; sed potius citato gradu progressus, ex discipulo factus Magister praeluceret. Sané Auditores, postquam ab Alma Mexicana Academia lauream Doctoratus comparasset, sodalis Collegio Sanctae Mariae Omniae Sanctorum in ipsa Metropoli exceptus, praefuit alumnis, in scolis Professor extitit, diligenterque in regio-

nis suae Seminario munus Rectoris explevit. Inde cum ad animarum curam adscriberetur, datus ut Ezechiel in speculatorum domus Israel, frequenter de rebus divinis concionem ad populum habebat; in administrandis Sacramentis erat acuratissimus, nihilque quam rectum se gerere valde optabat. Ob id tamque charus, tamque acceptus subditis fuit, ut vix unus alteri charior foret, quam unus hic universis. Nec mirum est, cur Canoniceatum sibi promeritum obtinebit, et usque ad Primicerii dignitatem sublimaretur; hoc interest, sedis in choro, atque vocis in Capitulo duo haec summa officia ita implevit, ut vita titulo, vita nomini responderet. Imitabatur Apostolos quotidie perdurantes unanimitate in templo, et simplicitate cordis perseverantes in orationibus. Scrutabatur scientia, et prudentia arduas, difficillimasque questio-nes, tuncque suffragium ferre consueverat. Oh excusum ex animo virum! Oh magnum Ecclesiae munimentum!

Haec tanta, ac tam praeclara pignora dum Mechoacanæ ditionis sive in Vicarium Generalem Episcopi, sive in Praelatum Gubernatorem Sacrae Mitrae deligitur, dignissimam suaे virtutis curam suscipere effecere. Ac revera quidem, aliquot per annos ipsam dignitatem cum dignitate sustinuit, judicio, et acumenne quae recta essent requisivit, malaque quantum fuisset auctoritatis separavit. Ut ergo vidit Concilium Seminarium pené labi, graduque defici posse, propriis opibus ditavit, illique tantummodo restauratio optimo benefactori debita memoratur. Creatus Episcopus Sonorensis, per imas terras iter arripuit. Verum quod quam multitudine periculorum subito cingit

hominis existentiam! Hé miseria filiorum Adae! Ad locum incolarum usque perveniens, qui Sancti Michaelis vulgo magni nominatur, apoplexidis morbo lethaliter fuit corruptus. Post aliquod autem levamen congruum sibi ad patriam reverti judicavit, potestamente Antistitis ordinarii quam primum ut fecit, renuntiare. Nunc autem scicitor, quoniam ultra consilium capiet, domo privata agere vitam? Ah! Quis dum senatorio honore fungebatur, ad bonum quantum opitularetur, unquam satis pro magnitudine laudaverit? Nihil metui, aut gratiae dedit, nunquam ad cu-jusque nutum operabatur, nunquam omnino veritatem oculuit. Quid ego nunc dicam, quomodo Reipublicae profecerit pro munere Consiliarii obeundo? Ci-vium dissidia compombabant, auditae erant populi querimoniae, pacisque adhibita remedia adversus aerumnas calamitate belli importatas. Sed haec sat, ea quae consecuta sunt, videamus.

Prima ergo vice qua hujus Sanctae Ecclesiae, Vos quod Illustrissimum, ac Venerabile Capitulum! di-missione Episcopatus facta ab Illmo. ac Reverendissimo Doctore Domino Emmanueli Isidoro Perez, dignorum ternarium Mexicanæ Gubernationi missis, Angelus ille ordine primus fuerat conscriptus. Tunc autem quiaeso, pro Pastore postulatur? Hic, hic, Au-ditores omnes, animos ad insignis facti memoriam sempiternam erigite. Charissimi ejus amici postquam Reipublicae Praeses in Praelatum felicis recordationis adlegit Illustrissimum Doctorem Dominum Epig-menium Josephum de Villanueva, quasi pro injuria ei illata, ad Romanum Pontificem reprezentarunt. Ille etiam et privatim, et humiliiter scripsit, nihil se

egisse, nihilque dicere, nihilque petere. Obstupefactus Pontifex Maximus Gregorius decimus sextus ad modum rara istius Principis integritate, Assistentis ad sacrum solium, Domesticique Praelati titulis decoravit. Ut autem divino consilio, ac vestris suffragiis eodem superiori loco iterum in alio ternario signatur, Antequerensis Episcopus et electus, et constitutus fuit. Quia vero aliquantulum cum eo vixistis, quid fecerit, ipsi vos scitis Oaxacenses. Ideo pauca dicam, multa consulto praeteream.

¶ Quis igitur non miretur hominem divitem adeo infirmum ex longissimis terris venisse, ut ob tuendam, hancque regendam Ecclesiam prompto animo vitam dare pro oibvis suis paevideret? ¶ Ah! Denario mensium spatio nobiscum commorans, pastoralia officia ad quae premissa semper sacramentali confessione fuerat dispositus, viribus morbi gravitate dejectis confecit. Insuper, mihi credite, nullum penes diem abire patiebatur, quin Conciliare Seminarium totu mentis affectu sibi dilectum visitaret. In eo sitam esse tum Ecclesiae, tum omnium civium felicitatem noverat. Nisi enim in excolenda, exercenda virtute laboretor, nulla civitas absolutu florere potest. Virtus autem perfecta, necessariam quandam ex litteris praecursionem exigit. Unde non ab ignorantia, sed à sciencia, à bonis operibus non à vitiis dignus Sacerdos efficitur. Similiter civis inscius, sceleratus nunquam gubernaculi habenis dexteré uti reperiatur. ¶ An non à divino Platone accepimus, "tunc Respublicas beatas fore, cum aut eas Philosophi coepissent regere, aut qui regerent philosophari?" Itaque ut cognovit Praestantissimus noster haec omnia ad curam boni,

et inculpati Praesulsi pertinere, optimam Constitutionem reliquit, fundamenta jacens, ut alius quisque aedificium perficere possit. En igitur amorem, en fortitudinem.

Dum autem ex hac vita jam ipsi migrandum esse sentiret, iter fecit ad populum, qui vocatur Sanctus Michael vulgo Tlalixtac. Statim ergo ac Parochi domum fuerat ingressus: Ecce locum meae morti praeparatum dixit, aliquasque lacrimas effudit. Deinde non post multum temporis intervallum Sacramentorum armis instructus ac munitus fuit. Positus in agonia, factus est repente strepitus per aeris vehementis flatum janu in omnibus ac fenestris loci illius, qui tot personas illic manentes, vel circa lectum tanti Praesulsi adstantes terrore perculit. Denique expiracionem extremam efflavit, ejusque corpus ad hanc usque urbem fuit translatum. Omnia ordinum multitudo ad funus excquendum convenit, secuta est populi consternatio: alii enim suspiris, alii gemitibus, alii lacrimis angebantur, totaque erat civitas moerore confecta.

At ¶ proh Deus Optime Maxime! ¶ quid aliud facere possumus, quam lugere, animoque infixum dolorum nostrum exprimere? Angelum quiesque officiis, dignitatibusque ascendentem, singulas etiam virtutes ostendere noscimus. Justum ergo perdidimus, nam ejus vita testis est ipsa probitatis. Ad te autem Jesu generis humani Conditor, ac Redentor ad te confugimus sperantes, tot illum insignibus exornatum in coelum evolasse. Sed quoniam admodum rari & corporibus egrediuntur, quibus luendae aliqua penae non supersint, fusis precibus orare debe-

mus, et é sinu animabus purgandis destinato, forté detentus liberetur. Denique memoria etiam custodi-te, nuntiate posteris, dilectum Episcopum nostrum vidiisse quasi decorum astrum in horizonte micare, et occidere. Imitamini, ut par est hoc exemplar: ejus gloria in hac vita sit gloria vestra, jamque beatus á Domino efflagitabit, ut fiat in aeternum et unus Pas-tor, et unum ovile.—DIXI.

FIN DEL TOMO I

BIBLIOTECA CENTRAL

## ÍNDICE DEL TOMO PRIMERO.

PRÓLOGO.....	vii
Oracion dedicatoria.....	xii
SERMON I.—De la Epifanía.....	13
SERMON II.—Del gloriosísimo Patriarca Señor San José, Esposo de la siempre Virgen María Madre de Dios.....	29
SERMON III.—De los Dolores de la Santísima Virgen.....	43
SERMON IV.—Sobre la Ascension de Nuestro Señor Je-sucristo.....	55
SERMON V.—De Espíritu Santo.....	69
SERMON VI.—De la Santísima Trinidad.....	85
SERMON VII.—De San Pedro Apóstol.....	103
SERMON VIII.—De la Preciosa Sangre de Cristo.....	119
SERMON IX.—De los Sagrados Corazones de Jesus y de María .....	137
SERMON X.—De Nuestra Señora del Cármen .....	149
SERMON XI.—De la Asuncion de Nuestra Señora .....	167
SERMON XII.—De San Agustin .....	183
SERMON XIII.—De San Cosme y San Damian.....	199
SERMON XIV.—De San Francisco de Asis.....	213
SERMON XV.—Del Santísimo Rosario .....	225
SERMON XVI.—De la Inmaculada Concepcion de la Santí-ma Virgen María.....	239
SERMON XVII.—De Nuestra Señora de Guadalupe.....	251
SERMON XVIII.—Del Nacimiento de Ntro. Señor Jesucristo	265
ORACION fúnebre latina en memoria del Ilmo. Sr. Obispo de Oaxaca, Dr. D. Angel Mariano Morales.....	279

BIBLIOTECA CENTRAL

OBRA  
DE  
**DISCURSOS SAGRADOS**


ESCRITA POR

EL PRESBÍTERO D. IGNACIO GERÓNIMO DOMÍNGUEZ,

DOCTOR EN SAGRADA TEÓLOGIA.  
POR LA NACIONAL Y PONTIFICAL UNIVERSIDAD DE MÉXICO, Y CURA PROPIO  
DE LA PARROQUIA DE SANTA MARÍA DE LA NATIVIDAD ZAACHILA  
EN EL OBISPADO DE OAXACA.

**TOMO SEGUNDO**

DISCURSOS SAGRADOS PARA LA SEMANA SANTA



MÉXICO

IMPRENTA DE ANDRADE Y ESCALANTE  
CALLE DE CADENA NÚMERO 12

1860